ſicæ ſint in primo gradu certitudinis. Attēdendum aūt eſt ꝙ cauſa materialis magni non aſſignatur p magis diſtare a non quāto: uel maiorem quantitatē includere. ſicut iſti calculatores inepte dicūt: quia ſic eſſet declarare magnum p magnū. Nam ſi. a. eſt maius. b. quia magis diſtat a non quanto: q̄. b. ſic. a. eſt maior diſtantia: quia eſt maior diſtantia. nā. a. nihil aliud eſt q̄ diſtantia illa. Preterea eſto ꝙ diſtātia. a. diſtingueret̃ ab. a. tunc ꝛeſtat querere penes quid attē ditur maior diſtātia. et nulla pōt eſſe reſolutio: niſi quia denominatio ſuæ menſuræ eſt ſecundū numerū poſteriorē: illius uero ſecundum priorem. quia dictum eſt ꝙ cauſa magni eſt quantitas denominata a numero poſteriori. Parui uero econtra. Sed de cauſa effectiua et finali non ſe intromittūt. mathematici et ideo tertio metaphyſicæ et phyſicorū ſecundo dicitur ꝙ in eis non eſt bonū. i. non cōſiderant bonū quia abſtrahunt ab efficiente. ſicut ēt comentator primo comento primi phyſicorū rememorauit. Quare ſatis breuiter de his et in curſu dicemus. Cauſa igitur q̄re caliditas ut quattuor eſt intenſior ea ut duo ſecundū cauſam efficientē. eſt ex uictoria motoris ſupra motū. ut quia agens quod ꝑduxit caliditatē ut quattuor: maiorem uictoriam habuit ſupra ſuū paſſum: q̄ quod ꝑduxit caliditatē ut duo. et hoc cōputando oia que faciunt ex parte agentis et ex parte paſſi ut cōtrarietas potentia aproximatio et ſic de ceteris requiſitis que faciunt ad intēſiorē actionem ſiue fortiorem ſiue debiliorē: de quibus nunc non eſt preſens ꝓpoſitum. Eodem modo dicatur in cauſa finali quia maior fuit finis unius q̄ alterius non defficientibus aliis cauſis requiſitis: fuit in uno producta intenſior caliditas q̄ in altero. ut maior menſura caloris fuit in corde animalis q̄ i epate uel cerebro qa cor eſt fōs caloris et gignitiuū ſpiritus uitalis: deinde in epate qa productiuū eſt Epar ſpiritus naturalis. minus aūt in cerebro quia cerebrū facit ſpiritus animales. ſed ſpiritus uitalis eſt calidior nutritiuo. et nutritiuus calidior ē animali. hec aūt dicta ſint p modum exempli. et ſecundū curſum medicorum. quia in omnibus non cōueniūt medici in his cum philoſophis. ſicut eſt uidere. et in de partibus animaliū et in de generatione animalium. Aueroys quoqȝ in ſecundo coligeth ſatis acute de hoc diſputat. ſed qm̄ ut diximus de huiuſmodi cauſis non ſe intromittunt mathematici et ualde parum calculatores: ideo ne uideamur a principali diſcedere hec breuiter dicta ſint et magis ad excitandum homines. ut preter formalem et materialem conſiderent etiam alias cauſas quare et c.

Caput Sextū Sectionis tertie in quo disputat penes quid tanq̄ penes effectū attēdant magnitudo et paruitas intēsio et remissio.

Possit etiam inquiri penes quid tanq̄ penes effectū magnitudo et paruitas intensio et remissio attendant. et cum uaria possunt esse signa: per que illa possumus cognoscere: et fere inumerabilia: ideo illa non recensebo: nisi secundū quandā generalitatem. et per modū exempli ꝙ. n. una qualitas sit altera intēsior: si est de actiuis cognosci pōt ex inmutatione sensus tactus cœteris paribus: ut an caliditas pueri et iuuenis sint æquales uel inæquales. Sic. n. docet Galenus in comēto illius amphorismi primæ particulæ. Qui crescunt plurimū habent innatum calorem. Albedines aūt æquales et inæquales quia æqualiter uel iæqualiter cæteris paribus disgregant uisum. Soni aūt: quia æqualiter uel inæqualiter imutant sensum auditus. et ꝓportionabiliter suo mō de aliis dicatur. unde existimandū est ꝙ causa suscipiēte magis et minus. effectus etiam suscipiat magis et minus. quare ex effectu possumus arguere causam et econtra· secundum diuersos modos cognitionis. sicut docet Aristotiles in primo posteriorum in capitulo de cōuenientia et differentia inter demōstrationē quia et ꝓpter quid. ex æqualiter ergo cōgregare et disgregare uisum: cum paritate aliorum: ponemus albedines et nigredines æquales: inæqualibus cōgregationibus et disgregationibus inæquales albedines: et nigredines et econuerso. Et sic dicendū est de quātitatibus. unde breuiter suscipiant effectus cuiusuis suscipientis maius et minus siue magis et minus ex effectu infert causa et econtra. uerum quia ut dictum est huiusmodi fere inumerabilia esse possunt. ideo sufficiat. in uniuersali sic cōmemorasse. Et altera est causa: quia huiusmodi cognitio non est essentialis: et ad imediata non resoluit: qđ est alienum a doctrina perfecta. ꝙ aūt non sit essentialis patet quia (ut decimo metaphysicæ habet) mēnsura et mensuratū debēt esse unigenea: cum multitudo unitatū unitate mensuret. et numerus numero. et linea linea. et sic de cœteris mō caliditas et opatio caliditatis nō sunt unigenea: ut patet cū in diuersis ꝑdicamētis reponant: Neq; etiam ad imediata deducit. quia si dixero. a. albedo est intensior. b. albedine. quia cum aliorum paritate magis disgregat restat adhuc dubitatio. p quid sciť disgregatio. a. esse maior disgregatione. b. cum in effectibus saltim essentialiter ordinatis non est procedere in infinitum. oportet tandem deuenire ad rationē for-

malem:ad quam stat immediatio. de qua supradictum est. unde disgregatio.a.est maior disgregatione.b.quia eam continet:et excedit.ad quam stat immediatio. Quare his de causis hec que dicta sunt sufficiant quantum ad cognitionem per effectum.

¶ Caput septimum Sectionis tertie in quo declaratur penes quid attēduntur magnitudo et paruitas:intensio et remissio ut sunt formaliter respectus quo ad modum mensurandi

Cum igitur dictum sit penes quid attendunt intensio et remissio magnitudo et paruitas penes causam formalē: nec non penes alia genera causarum. Consimiliter etiam quātum ad effectus. Restat modo dicere de regula:siue de modo mensurandi eas.et hoc secundum ꝙ dicuntur esse respectiua siue respectus.dictum est.n.ꝙ formalis ratio magni erat excedere et continere:econtrario modo parui:quia contineri et excedi.modo conueniens est ponere mensuras et quo ad excessum nec minus quo ad cōtinentiam.et sic ꝓportionabiliter de excedi et contineri.que nō differunt adinuicem nisi secundum actiuū et passiuū:et secundum superhabūdantiā et deffectū. In primis sciendum est secundū oēs scribentes de ꝓportionibus. Excessum quidem facere ꝓportionē arithmetricā:continentia uero geometricā:si igitur.a. est magnū ad.b.cum.a.ipsum contineat et excedat.b.aliqua cōtinētia ꝯtinet et aliqua excessa excedit.igitur uel infinito uel finito. cognoscitur autem an finito excessu excedat uel infinito per regulas superius assignatas.quia accepta minima mensura illius generis:si per finitas replicationes non cōsumit excessus ille redditur infinitus.si uero per finitas replicationes cōnsumitur:erit finitus.et secndū numerum replicationū per tm̄ dicetur excedere.u.g.sicut quinq; dicunt excedei tria p duo.quia ultra tria ꝯtinet duo.et talis excessus appellatur differētia:quia demptis duobus a quinq; ipsa qnq; quo ad numerū nō differūt a tribus.ꝙ si,non esset una mēsura integra ut se habent quinq; cum dimidio ad dicta tria:sumet integrū cum interrupto:uel si solun est interruptū.tantum interruptū sumetur. scietur ergo proportio quam magnū habet ad paruū: inq̄tum magnum excedit paruū per talem differentiā.et per talem modū:que cōmuniter ꝓportio arithmetrica nūcupari solet. Quantū uero ad continentiā:recurratur ad ea:que dicnntur a diuo Boetio in arithmetrica sua:et etiam lucide collecta sunt ab Alberto de Saxonia in tractatu de proportionibus.qui est cōmuniter in usu. quia omne

habẽs ꝓportionẽ maioris inæqualitatis secundũ cõtinentiã uel ge ometrice ultra hoc ꝙ ꝯtinet semel ipsum:oportet aliquid ultra cõ tinere illud.ultra aũt uel ad minus est tm̃ q̃tũ cõtentũ:uel nõ est:si ad minus est tm̃:uel ꝑcise:uel plus.si ꝑcise:sic est duplũ.et ne ponã librũ in quiternione illuc recurre ad auctores citatos:ubi hæc itelli gere potes.sed tm̃ sufficiat intelligere ꝑ pñti negotio:ꝙ magnũ ut refert ad paruũ:cõtinet et excedit illud.ecõtra uero paruũ cõtinet et excedit ab ipso magno. Cognoscit aũt q̃tus sit excessus p mini/ mã mensurã illius generis.siue p partẽ illius minime mẽsuræ.si illa mẽsura est de genere continuorũ:qa si esset unitas arithmetrica ut frequẽter dictũ est.esset sympliciter idiuisibilis.et ꝙ talis cognitio siue mẽsuratio dicit arithmetrica ꝓportio: siue secũdũ ꝓportionẽ arithmetricã:ꝯtinẽtia aũt quã habet magnũ ad paruũ:cognoscit p numerũ cõtinentiæ eiusdẽ magni ad paruũ:ut p semel uel bis:uel ter:uel p solum semel cõtinere.paruũ et partẽ eius:uel ẽt p multo/ tiens cõtinere et partẽ secundũ regulas datas in libro ꝓportionũ. quas ego non pono:cum eas presuppo nam esse satis notas hunc tractatu itelligere cupiẽti·huiusmodi aũt cõparatio geometrica se/ cundũ cõmunẽ apellationẽ nũcupat.quare scire poterimus ꝓpor tionẽ magni ad paruũ et arithmetrice et geometrice. parui aũt ad magnũ pre cise secundũ denominationẽ quo ad utrunq̧.s.et geo/ metrice et arithmetrice est eadẽ:nisi quia una. s.magni ad paruũ: dicit suphabuodantiã:altera.s.parui ad magnũ dicit deffectũ.unde quattuor ad duo arithmetrica ẽ p excessũ ut duo:duo uero ad quat tuor est p excedi et p deffectũ ut duo.quattuor ad duo est dupla ꝓ portio geometrice.duo uero ad quattuor est sub dupla. Quemad modũ aũt dictũ est de magno et paruo:sic ꝓportionabiliter dicẽdũ est de intẽsio et remissio.nisi quia hæc sunt in qualitate.Et illa erãt in q̃titate et sic satis in generali dictũ est de cõparatione magni ad paruũ intẽsi ad remisũ .et ecõtra.Quomodo se habeant secundũ excesũ et cõtinentiã et secundũ excedi et cõtineri.qđ est arithme trice et geometrice adinuicem cõparare.

¶ Caput Octauũ tertie Sextionis in quo disputat de cõparatione magni ad paruũ et parui ap pa ruũ eodẽmodo de intẽso et remisso omnibus formaliter sumptis.

O Stensum est superius ꝙ si due quãtitates eiusdem generis adinuicem cõparentur:uel erunt æquales uel inæquales: causa autem proxima et fundamẽtalis æqualitatis a qua ẽt mathematici non abstrahunt:est unitas quãtitatis.cum quinto me

taphysicæ æqualia sunt:quorum una est quãtitas:inæqualitas uero est diuersitas in quantitate:cum inæqualia sunt : quorũ non est una quantitas:sed cuius quãtitatis denominatio est a numero posteriori:illa est magna ad alteram quantitatẽ:cuius est denominatio a numero priori.hec aũt parua ad illam.dictum est etiam de cõparatione quam habent magnũ et paruũ inter se : et arithmetrice et geometrice.siue secundum continentiã et excessum. Modo uidẽdum est de cõparatione magni ad magnum:et parui ad paruũ. et his formaliter sumptis.secundum ꝙ significant respectus. nam quẽadmodum due quantitates absolute eiusdem generis adinuicem cõparate uel sunt æquales:uel inæquales. ita duo magna uel parua adinuicem comparari possunt secundum æqualitatem uel inæqualitatem.possunt.n.esse et æqualiter magna:et inæqualiter magna.Et duo parua possunt esse æqualiter parua:et inæqualiter parua.Quẽadmodũ.n.si sortes est similis Platoni : et Cicero eidẽ Platoni.sit etiam similis.sortes et Cicero assimilantur ambo Platoni et eidem Platoni.isti duo sortes.s.et Cicero possunt cõparari secundum æqualitatem similitudinis et inæqualitatem.ut dicatur sortes tantũm assimilatur Platoni quantum Cicero eidem Platoni assimilaẜ.uel minus.uel plus idem sortes assimilatur Platoni q̃ Cicero eidem Platoni assimiletur.sic etiam nõ minus uere et apte dicere possumus tantum.a.est magnum respectu.c.quantum sit. b . magnũ respectu eiusdem.c.uel.a.est plus uel minus magnum respectu .c.q̃ sit.b.magnum respectu eiusdem.c.Neq; inconuenit aliquãdo respectum habere pro ꝓximo fundamẽto alium respectũ Nam ꝓportionabilitas habet pro fũdamẽto ꝓportiones: cum proportionabilitas sit æqualitas ꝓportionum:et æqualitas similitudinis fundatur super similitudinibus. quare et ipsa magna et parua cõparari possunt adinuicem ut dicunt respectus secundum æqualitatem et inæqualitatẽ . Dicamus igitur ꝙ æque magna dicũtur illa:quæ ad aliqua cõparata siue eadem sint illa:ad que fit comparatio.siue sint diuersa:habent eandem ꝓportionem arithmetricã. et geometricã qđ est habere æqualẽ ꝓportionẽ cõtinẽtiæ:et æqualẽ excessũ . Scire tamẽ oportet ꝙ æque magna duobus modis esse possunt.et æque pfecte.et nõ æque pfecte:æque magna perfecte sunt illa que utrunq; habent.et.n . magnum est qđ continet et excedit:quare æque magnũ est qđ æq̃liter cõtinet et æq̃lite excedit. sunt et aliqua q̃ siplicit er et pfecte nõ dicunẜ æque magna:sed secundum quid.i.secundũ unũ tm̃.et tunc sufficit uel ꝙ æqualis sit

continentia:uel æqualis excessus.et hoc multum est in usu. Dicimus.n.q duo sunt æque magna ad quattuor: sicut quattuor ad duo. ubi solum est æqualitas geometrica.cum utrobiq sit æqualitas pportionis.s.dupla.est tamen ibi inæqualitas excessus:cũ octo excedant quattuor:per quattuor.et quattuor. excedãt duo:p duo tm̃.aliquando econtra:quia erit æqualitas excessus:existente inæqualitate cõtinentiæ.sic.n.se habent.sex ad quattuor.et quattuor ad duo:ibi.n.est æqualitas excessus:existente inæqualitate cõtinẽtiæ.Inæqualiter etiam magna dupliciter summi possunt.quia et pfecte inæqualia et secundum quid inæqualia accipi possunt.apello aũt inæqualia pfecte:quæ negant utrãq æqualitatẽ.sic q et geometrice et arithmetrice sunt inæquales.secundũ quid aũt:quæ secundum unã illarum cõsiderationũ dicuntur inæqualia.Erunt igitur illa perfecte inæqualiter magna:quæ neq æqualiter cõtinent: neq æqualiter excedũt.secũdũ quid inæqualia: quæ uel nõ æqualiter cõtinent:uel non æqualiter excedunt.magis aũt magnũ perfecte:quod magis continet:et magis excedit. secundum quid magis magnum quod uel magis cõtinet:uel magis excedit. Idem dicatur secundum terminatã pportionem in duplo magis magnũ perfecte:quod in duplo magis cõtinet:et in duplo magis excedit. secundum quid:quod secundum alterum istorm tm̃.Eodẽ quoq modo dicatur de paruis æque parua pfecte:que æqualiter continentur:et æqualiter excedunt.secundũ quid æque parua:quæ uel æqualiter continent:uel æqualiter excedunt. Inæqualiter parua perfecte:que neq æqualiter cõtinentur:neq æqualiter excedunt. secundum quid uero:que secundum alterum illorum tm̃: magis parua perfecte.quæ magis continentur.excedunturq.Imperfecte secundum alterum tantum.minus parua que uel secundũ utrunq uel secundum alterum tantum.sed hec quidem perfecte: Illa uero secundum quid.Eodẽ modo pportionabiliter dicatur de intenso et rmisso.nisi quia hec sunt in q̃litate.que pp breuitatẽ omitto.

¶Caput nonum tertie Sectionis in quo mouentur multa dubia circa ea que dicta sunt.

C Ontra tamen ea que in capite imediato et in aliis dicta sũt. multe isurgunt dubitationes.primo quidem quia secundũ ea que dicta sunt de formali itellectu parui et magni. et ex cõmuni modo exponendi maius et minus: sequitur primo quod

binarius non est maior unitate:quod si cōceditur.tunc destruitur illa cōmunis ꝯceptio ꝙ omne totum sit maius sua parte.Cum unitas sit pars binarii.et binarius ipse sit totum.ꝓbatur tamen illud sequi.quia si binarius esset maior unitate.tūc secudū cōmunem modum exponendi:binarius esset magnus:et unitas magna.sed secū/dum dicta:magnū est.quod formaliter cōtinet:et excedit.nihil aūt cōtinetur uel exceditur ab ipsa unitate.qnia sic illud esset pars unitatis.quod est cōtra Euclidē primo ellementorū.et Boetium: quia si punctus est cuius pars non est:cum unitas sit absolutior puncto: unitas partem nullo modo habebit. Secundo sequitur ꝙ finitum non est minus infinito.quod quidem nullo mō uidetur posse concedi.quia omnis quantitas eiusdem generis uel speciei alteri cōparata uel est ei æqualis:uel minor ea: uel maior. Quare si hora toti tempori cōparata non est eo minor.æquabitur uel erit maior .qđ omnino iprobabile est.si ipossibile dici pōt iprobabile. Deducitur aūt sequela. quia si finitum est minus infinito secundū cōmunem expositionē:infinitum erit paruū.sed per ea que dicta sunt. paruū est quod cōtinetur:et exceditur.infinitū ergo exceditur ab aliquo. sed non a finito:ergo ab infinito.et sic unū infinitum erit maius altero.Quod tamen existimatur esse ipossibile.et cōtra Aristotilem in pluribus locis. Tertio sequitur qđ nullus gradus citra summū est remissior sūmo.Quod tamen falsum est.quia non est æque in/tensus:ergo intensior.quod ipossibile est:uel remissiot.quod de necessitate cōcedi debet.Amplius quia sūmus est quolibet citra summū intensior.ergo quilibet citra summū remissior est eo.et probatur ꝙ illud sequatur. quia si aliquis citra summum est remissior sūmo.secūdū cōmunē expositionē sūmns erit remissus. sed omne remissum ab alio cōtinetur et exceditur.summū aūt a nullo exceditur.quia sic non esset summum:ergo.Quarto sequitur ꝙ creatura nō esset iperfectior creatore.quod uidet falsum:quia creator est ꝑfectior creatura.ergo creatura iperfectior creatoi. patet aūt ꝙ illud sequatur.quia si creatura esset iperfectior creatore:creator esset imꝑfectus.qđ nephas est dicere.Quia ut dicit comētator quinto metaphysicæ capitulo de perfecto.solus deus est sympliciter ꝑfectus: cui nulla ꝑfectio addi pōt nec aliq̄ ipfectio appōi. et cōmēto quīto tertii de aīa.declaratū ē ꝙ prima itelligētia q̄ nihil itelligit extra se: est liberata a potentia sympliciter. et priuatione .quinto quia ex/presse apparet:ꝙ ille non est itellectus maioris:neq; minoris.quia dicimus ꝙ quadrupedale est maius bipedali.no habendo respectū

ad plus continere:uel plus excedere.sed quia ipsum quadrupedale continet et excedit bipedale.dicimusq; esse ipsum in duplo maius bipedali:quia ipsum bis continet:non autem quia quadrupedale et bipedale ad aliqua comparata:ut puta ad.c.sic se habeant. ꝙ quadrupedale in duplo magis contineat. et excedat.c.q̃ bipedale contineat et excedat idem.c.sic enim.ut manifestum est illa propositio quadrupedale est in duplo maius bipedali:esset falsa . cum tamen cōmuniter et uniuersaliter ab omnibus concedatur. Consimiliter etiã dicatur de intenso et remisso:quare ea que dicta sunt non uidentur ueritatem continere.

¶ Caput decimum tertie Sectionis in quo respondetur ad ea que in oppositum adducta sunt.

a D hec non difficile est respondere si ea que superius dicta sunt ad memoriam reuocentur.Quare dicendum est:ꝙ si non est differentia inter esse . a . maius.b.et ipsum. a esse magis magnum:ut mihi multi grãmaticorum retulere.et admisso illo cōmuni modo exponendi.omnes ille propositiones uel maior pars illarum secundum proprietatem sermonis et sumptis formaliter sunt false:ut bene ostensum est in argumentationibus prioris capituli secundnm sensum tñ in quo accipiuntur sunt ueræ:Quare nihil contra eos:sic eas cōcedentes. Ad primum igitur cum dicitur ꝙ binarius non esset maior unitate.quia sic unitas esset magna.et per consequens diuisibilis.hnic dicitur ꝙ uel sumitur comparatiuũ pro positiuo:ut sit sensus binarius est maior unitate idest binarius est magnus ad unitatem.quia eam continet:et excedit.sic.n et Oratores et Poete multotiens accipiunt.unde et uirgilius sexto æneidos.Iam senior sed cruda deo uiridisq; senectus.ubi exponitur senior.i.senex.et in infinitis aliis locis est reperire. uel cũ dicimus est magnus et unitas est magna:secundum superiora sumitur magnum pro quanto.extendendo nomen quanti etiam ad principia in quantitate .sicut sunt punctus et unitas.sic.n.dicimus materiam et formam substantialem esse substantiam:extendendo nomen substãntiæ ad principia substantiæ.ut multotiens facit Aristotiles.cnm dicat partes substantiæ esse subsſantias.sic non inconuenit principia quãtitatis esse quantitates.licet anologice dicatur quantitas.sicut et substantia.sed quomodocũq; dicatur:nihil est con

tra dignitatem. Ad secundum autem dicitur q̄ si finitū est minus infinito: non conceditur quia infinitum dicatur paruum proprie. cum a nullo excedatur: sed uel sumitur ibi paruum pro quātitate. ut sensus sit: utrunq; tam finitum q̄ infinitum est quantum: sed finitum non tantam continet quantitatem: quantam infinitum. uel ut supra sumitur comparatiuū pro positiuo. i. finitum est paruū ad infinitum. uel et melius sumitur minus. i. minus magnū. ut sit sensus finitum est minus magnum infinito. Sic. n. est in usu: ut Ouidius in apistolis. Mitius iuueni q̄ te genus omne ferarum. mitius. i. minus crudele. neq; uerum est quod ibi assumebatur: uidelicet q̄ omne comparatū alteri eiusdem speciei cum ipso uel est sibi æquale: uel maius: uel minus. sumendo proprie maius et minus ut formaliter important tales respectus. de quibus supradictum est: sed bene uel est magnum: uel est paruū respectu illius. Nam inæquale ut ex superius patet. faciunt magnum uel paruum: non autem maius uel minus. sed maioritas est inter duo magna. et minoritas inter duo parua. quare etc. Ad tertium cum infertur q̄ nullus gradus citra summū esset remissior summo: Huic dicitur q̄ omnino hoc est necessarium. et suum oppositum formaliter infert q̄ summum est remissum: quod implicat contradictionem. sicut dicit phylosophus decimo metaphysicæ: ubi inquit q̄ summo non datur ultra. et remissum non potest esse nisi per deffectum ab aliquo intensiori ut demonstratum est. sed potest illa propositio concedi: q̄ gradus citra summum est remissior. idest remissus respectu summi. uel est minus intensus: uel minus habet de gradu: et qualitate. Neq; gradus citra summum est æque intensus cum summo: neq; intensior ut patet. neq; remissior. sed est remissus. idest minus intensus. et non æque habens de gradu. Neq; ualet illa consequentia: gradus summus est intensior gradu citra summum: ergo gradus citra summum est remissior summo. sed solum sequitur q̄ gradus citra summum sit minus intensus: cum enim dico summum esse intensiorem gradu citra summum ambo comparantur in intensione. sed cum dicitur gradus. citra summum est remissior summo: ambo comparantur in remissione. Quod alienum est a gradu summo. neq; intensius refertur ad remissius. sed ad minus intensum. Vnde intensius est minus intenso intensius. sicut minus intensum est magis intenso minus intensum. Vnde licet intensum sit respectu remissi intensum. et

quocunq; paruo datur minus.et quocunq; magna datur maius.si illud finitum est.et mathematice sumatur.Quo fit ut neq; magnũ neq; paruũ respiciant determinata:quare neq; per appropiquationem ad summũ:neq; per distantiã ab eodem summo:neq; per distantiã siue propiquitatẽ ad non quãtum.siue ad non gradum magnitudo uel paruitas:intensio siue remissio habent attendi.possum .n.(ut supra ostensum est)scire.a.esse maius .b. et.b.esse minus.a. nulla habita cõsideratione de non quanto.siue de maximo. immo nesciendo quantũ sit.b.neq; quãtum sit.a.immo amplius ꝙ.a.est duplum ad.b.et ignorando quante quãtitatis sit.b.et quante sit.a. ut quottidiana experiẽtia patet.quia uideo medietatẽ unius ligni demõstrati(sit.n.nota uel signata medietas illius ligni(ut unus pãnus duplicet secundũ æquale.scio ꝙ totus ille pannus est duplus ad illam medietatẽ.et ignoro quante quãtitatis sit ille pãnus.et ẽt illa medietas.Quod si in superioribus dictum est ꝙ magnũ magis distat a non quanto q̃ paruũ:imo uerius a posteriori numero denominatur q̃ paruũ:quia ille primus modus est uanus et nugatorius ut prius ostensum est.hoc quidem dictum est secundũ causam: nõ aũt secundũ rationem formalẽ.Possum.n.intelligere lunam deficere:et quid est deffectus lunæ.dato ꝙ nesciã pp quid deficit:sic sciã .a.esse maius.b.quãtumcũq; nesciam uel aduertam.a.ipsum a posteriori numero denominari:q̃ ipsum.b.imo ut dicit Phylosophus in predicamẽtis capitulo de quantitate.stat quod a multo minori numero denominetur maius:q̃ minus:sicut ipse ibi exẽplificat.q̄a dicit dicimus mõtem illum esse paruũ:et granũ milii esse magnũ. Cum absq; proportione mons sit maior grano milii.et dicimus paucos homines esse in ciuitate.et multos in uico.cũ multo plures sint hi qui sunt in ciuitate iis:qui sunt in uico:sed in istis non fit cõparatio ad ea:quæ sunt eiusdem generis:quia mõs et granũ milii non sunt proxima:neq; ciuitas et uicus.et non fit huiusmodi cõparatio respectu eiusdem. Vnde si dicitur mõs paruus:et granũ milii magnũ.mons non dicitur paruus respectu grani milii:neq; granũ milii dicitur magnũ respectu montis.sed hoc in ordine ad alia grana milii.Illud uero ad alios montes. Quare dictum illud.s.ꝙ magnũ denominat᷑ a posteriori numero q̃ paruũ:intelligẽdũ est si fiat collatio respectu eiusdem.quare uniuersaliter illud dictum non est uerum:nisi sic coartatum. Verum quædam sunt que certos fines et determinata dicunt. Quare de his oportet habere sermonẽ:de quorum numero sunt perfectio et imperfectũ.siue perfectũ et imp-

fectũ. Iõ sciẽdũ est sicut dicit phs 3° physicorũ tractatu de ĩfinito. et ꝑ cœli 5° et x° methæ et fere ĩ iñumerabilibus locis. ꝙ pfectũ est ꝙ dicit cõplemẽtũ in una nã ita ꝙ nihil deficit: qđ ad illã naturã ptineat. neqꝫ (ut ĩ oĩbus locis citatis dicit Arist.) põt fieri secũdũ illã naturã additio. qr si in tali nã est uariabiltas secundũ maius et minus siue secũdũ magis et minus. nihil dicit̃ esse pfectũ in illa nã. nisi qđ oĩa illa ptinet et totã distãtiã ptrãsiuit. et totũ occupauit. Quare cũ nã caliditatis suscipiat augumẽtũ extẽdendo nomen augumẽti ad ipsã itensionẽ. nulla caliditas dicet̃ esse pfecta caliditas. nisi totã distãtiã ptrãsiuerit. et sit in ultimo: cuius oppositũ ptingebat ĩ intẽso qa aliqua caliditas poterat dici intẽsa ĩ rspectu alterius: esto ꝙ ad sũmũ non peruenisset. et in aliquo distaret a sũmo. qđ nullo pacto fieri põt in pfecta caliditate. Quare si p aliqꝫ deficeret a sũmo nõ dicet̃ pfecta caliditas. qa non est in ultimo. et ita nõ cõpleta. et p ꝯsequens nec pfecta. Ex qbus manifeste apparet: ꝙ pfectũ in quacũqꝫ natura sit: dicit detererminationẽ duorũ extremorũ. quare pfecta caliditas est que ĩcipiẽdo a non gradu totũ habet usqꝫ ad sũmũ ĩclusiue. impfecta aũt caliditas est: quæ nõ habet totũ illud: neqꝫ illud cõtinet. Et qm̃ ĩperfectũ pfecto opponit̃. priuatiue que (ut x° methæ dicit̃) priuatiua talia dupliciter se hẽre pñt: uel negãt totũ illud qđ suũ positiuũ ponit: uel solũ ptẽ. Si qdẽ negat totũ: tũc nõ põt dici ĩpfecta caliditas. qa sic nõ ẽ caliditas. sed bñ põt ẽẽ frigiditas. q̃ p nũc totã negat caliditatẽ. et per totã latitudinẽ distat a summo caliditatis. incipiendo etiã a non gradu eiusdem caliditatis. Quare talia opposita priuatiue Aristotiles in eodẽ decimo metaphysicæ dixit ꝙ possũt apellari cõtraria: cũ maxime distent quia p perfectã distãtiã distãt. Si uero ĩperfectũ non negat totũ. sed solũ partẽ: ita ꝙ intelligat̃ imperfecta caliditas non q̃ nihil habet de caliditate: sed solũ q̃ partem caliditatis habet: sed nõ cõpletã quia adhuc non deuenit ad ultimũ gradũ et cõplementũ. tũc igit̃ ptẽ hẽt illius distãtiæ. siue occupauit et partẽ occupatura est. Cũ aũt (ut dicit̃ in 2° de generatiõe aĩaliũ) Natura incipiat ab ĩperfecto et tẽdit in pfectũ. sicut in generatione hominis ꝑ uita est plantæ: deĩde bestiæ: deinde hominis. et ꝑ et 9° metaphysicæ: quæ tpe sunt priora: pfectione sũt posteriora. et quæ tpe posteriora: pfectione priora. Sic deficiẽs a pfecta calidate et partem retinẽs ipsius caliditatis: habet aliqꝫ de distãtia incipiẽte a non gradu. siue occupauit de illa et q̃tũ de illa occupauit: tantæ pfectionis dicet̃ esse. ut si medietatẽ illius dicet̃ qdẽ pfeca caliditas nõ qdẽ simpliciter: sed secundũ quid. qa secundũ medietatẽ. si 4am occupa/

uerit:dicet pfcã ƀ3 4^{am}.et sic de aliis suo mõ dicat.p q̃tũ uero defici et:p tm̃ dicet ẽẽ ipfcã:et defectuosa. q̃re si deficiet et distabit p me/ dietatẽ:dicet deffectuosa p mediũ.si p4^{am}.p 4^{am}.et sic de aliis ꝓpor tionabiliter.pfectio igit caliditatis hẽt attendi penes appropiquati onẽ ad summũ.Nã pfectũ et ipersectũ opponunt priuatiue.qd aũt nihil habet de pfectione caliditatis per totã latitudinẽ incipiẽtem a non gradu usq; ad summũ distat. Quare pfecta caliditas nihil di/ stabit a sũma caliditate.per nihilq; differet a summa caliditate. cũ ipsa sit summa:quare pfecte appropiquabit.qa nihil inter summũ et ipsum cadit mediũ.quæ quidẽ erat p^{a} significatio ꝓpiquitatis a superius posita.maxime ẽt appropiquabit summæ qa non differet ab ea in gradu:cum maxime cum ea cõueniat.cum sit omnino si/ milis.quare pfectio habet attendi penes appropiquare ad summũ .i.per nihil distare a summo:et a fine.et ab ultimo.eo q nihil cadit mediũ:nullaq; est dissimilitudo q̃ erat 2ª significatio appropiquati onis ipersectio aũt(si priuatio negat totũ) sensus est q nihil habet de caliditate.quare per totã latitudinẽ distat et ex toto qua calidi/ tas est:dissimilis est.et sic habet attendi penes distãtiã maximã.qa tota claudit et nulla pars excludit.qd erat secundũ primũ significa tũ distãtiæ.et ex toto differt in rõne caliditatis qd erat 2^{m} significa/ tũ distãtiæ. Si uero p ipfectũ nõ itelligamus negationẽ totius distã/ tiæ et pfectionis.erit igit ƀ3 qd pfecta. et ƀ3 qd ipfecta:p tm̃ aũt erit pfcã:p q̃tũ occupauerit de latitudine icipiẽte anõ gradu usq; ad gra dum:in quo reperit.hoc aũt est per appropiquare tm̃ ad summũ. unde per tm̃ appropiquat sũmo:per q̃tum negat de distãtia a non gradu usq; ad summũ. Nam gradus ut sex dicit appropiquare gra/ dui ut octo.non quidẽ per duos.ut superius demõstratũ est.quia p illos distat:sed p sex qa appropiquare priuatiue opponit ad distar. priuatio negat habitũ uel illud qd habitus ponit.Cũ g̃ distãtia pfe/ cta sit illa:q̃ est inter non gradũ et summũ.appropiquatio negat il lam:non aũt totã.quia gradus ut sex.adhuc per duo distat a sũmo. ergo totam illam que est ante sex.hec aũt est ut sex. quia si appro/ piquatio negat distãtiã:nõ illã.q̃ est iter sex et.8. g̃illã q̃ ẽ iter sex et nõ gradũ.g̃ ista erit appropiquatio ut sex qd erat sm primũ signifi catũ appropiquationis.Appropiquat ẽt p sex qa ꝯuenit p sex.nam caliditas ut sex ꝯuenit cũ ea ut octo p sex ut satis p3:qd erat ƀ3 signi ficatũ appropiquationis.et sic pfectio ista in caliditate diminuta at tendit secundum appropiquationẽ ad ultimum.i.per negatio/ nem distantiæ a non gradu.et per conuenientiã quam habet cum

summo. Imperfectio uero secundũ distantiã a summo.i.per quantũ deficiet a summo et differet a sũmo.quæ sunt duo prima significata distantiæ. Sumatur ergo caliditas ut sex hec non est perfecta. quia simpliciter nõ appropiquat sũme.cum mediat aliquid inter ipsam et summã.cum differat a summa.neq̃ est extremaliter imperfecta.quia per totum distaret a sũma.sed secundũ quid pfecta.et secundum quid impfecta.est aũt perfecta ut sex et per cõsequens secũdum quid.quia appropiquat per sex ad summã.nam cum summa distantia que esse possit in tali latitudine sit:ut octo occupauit ista sex gradus et sex ptransiuit.quare negat sex gradus illius distãtiæ:hoc aũt est appropiquatio.quia opponitur priuatio ipsi distantiæ. Appropiquat etiam per sex.quia conuenit per sex.p tãtum.n. conuenit per quantũ ipsa est:est aũt data caliditas ut sex.impfectionis ut duo quia distat p duo:differt etiam per duo.et ita pportionabiliter dicatur de omnibus aliis gradibus. et sicut dictum est de caliditate:ita dicatur de frigiditate:humiditate:lumine:et de quacunq̃ natura taliter uariabili secundũ magis et minus.siue secũdũ maius et minus. s.q̃ pfectio habet attendi penes appropiquationẽ ad summũ. Imperfectio uero penes deffectum et distantiã ab eodẽ sũmo.sic q̃ illud erit pfectũ absolute: quod nihil a sũmo deficiet. et ex toto erit simile sũmo.imo erit ipsum summũ. Imperfectũ uero:quod ab eo deficiet et ab ipso differet:et hoc dupliciter uel symplicirer uel secundũ quid.simpliciter quidem quod p totum distabit.sic q̃ nihil latitudinis occupauit.et ut sic ex toto differt. Secũdũ quid aũt imperfectũ est qđ partem occupauit:et partem non occupauit.per quantũ uero occupauerit incipiendo a non gradu distãtiæ.per tm̃ dicetur perfectũ. Hoc aũt est appropiquare.quia negare illã distantiã:p quãtũ aũt non occupauerit . per tm̃ dicetur impfectũ et deffectuosũ. quia per tm̃ distabit a sũmo. Quare uniuersaliter pfectio penes appropiquationẽ ad summũ. Impfectio et deffectus penes distantiã ab eodem summo. Verum scire oportet:q̃ et si perfectũ dicat ultimũ et finem.et pfectionẽ.ut expresse uult Aristotiles tertio physicorũ tractatu de infinito.et decimo metaphysicæ.ubi uult q̃ contingit antiquis ponentibus infinitũ esse principium:quia solum infinitũ est pfectum:cum finito possit fieri additio:dico eis cõtingit oppositum.quia perfectũ inquit ibi est : quod ad ultimũ et ad finem uenit.dico tamen q̃ etiam infinitũ apud Aristotilem capit denominationẽ quoquomõ perfecti.quinto namq̃ metaphysicæ cum diffiniuisset pfectũ dicens esse pfectum id extra

quod nō est aliquid accipere quod sit eius particula· exemplificat
de tpe modo apparet ꝙ simpliciter nullum tēpus pōt esse pfectū
nisi infinitū.ꝙ si dicatur de tempore determinato esse sermonem.
utputa ꝙ una dies est perfecta.sicut expositor exposu[illegible]uel de tem
pore mensurāte aliqͥ finitum.ut uitā humanā ut cōmētator ibi de/
clarauit.saltim non possumus fugere illud octaui de physico audi/
tu.ubi declarauit ꝙ solus motus circularis perfectus est:qui quidē
motus secundū Aristotilē infinitus est. Quare negare non possu/
mus quin illud cuius natura in infinitū ꝓtenditur:dicat̃ esse perfe
ctum.unde tempus est perfectū:non quidem quod peruenit ad fi
nem.sed quod totum cōtinet.Nam solū tēpus eternū perfectū est:
quia in se omne tēpus cōtinet.dicit̃qꝫ esse cōpletum:non quia po/
sitiue ad finem pueniat.sed quia nihil deest.extraqꝫ ipsum nō pōt
fieri additio.cum extra non habeat.Cōsimiliter solus motus eter/
nus dicitur esse perfectus hoc modo.quia totum ꝯtinet. Qualiter
aūt solui habeat illud tertii physicorum:non est presentis negotii.
Nam equiuocatio est de perfecto.et pleni sunt codices theologo/
rum.nam(ut diuus Thomas in primo articulo questionis quarte
partis prime dicit ex sententia Gregorii(balbutiēdo ut possumus
excelsa dei resonamus.pfectio deo attribuitur īproprie. quia pro/
prie perfectū est quod cōplete factum est.quod minime de deo ex
cogitari pōt.tamen trāsumptiue perfectio deo attribuit̃.quia nihil
deest.quod ad naturā deitatis pertineat . sicut caliditas que est in
ultimo:habet quicquid naturæ caliditatis cōueniat. Quare infini
to perfectio attribui pōt:si quicquid ad rationē infiniti pertineat:
habet.si qua igitur latitudo infinita est:sicut aliqui credunt latitu/
dinem uelocitatis motus esse infinitam.et latitudinē entis.cum de
um infinite pfectionis ponant.dicemus perfectionē entis attendi
penes accessum ad summū.quia penes habere quicquid est in ta/
li latitudine.et nihil deficeṙ de illa latitudine.impfectionē uero pe
nes nōn habere quicquid in tali est latitudine.et si iperfecta est qa
non totum habeat.per quantum cōtinebit de tali latitudine tante
dicetur esse perfectionis.per quantum uero deficiet:tante dicetur
esse iperfectionis.quare uniuersaliter in omni latitudine siue sit fi/
nita:siue infinitā.si qua infinita dari pottest:perfectio habet atten/
di penes totū ꝯtinere.Imperfectio uero penes ab illo distare. Sed
ulterius aduertendū est ꝙ si intensio et remissio qua talia sunt: nō
respiciunt determinatos terminos·sicut supra dictum est.quod ta
men faciunt perfectio et iperfectio.tamen multotiens sumitur in/

tensio p pfectione et remissio p impfectione. Quare sicut dicit q pfectio habet attendi penes appropiquationē ad summū: Impfectio uero penes distantiā a summo: sic dicitur intēsionē attendi penes appropiquationē ad summū. Remissio uero penes distātiam ab eodem summo. accipientes intensionē pro perfectione: remissionem uero pro iperfectione. Quare si prima opinio in principio recitata et a calculatore reprobata est opinio Aristotelis: (ut cōmuniter existimat) per intensionē intellexit pfectionē. et p remissionē inperfectionē. Immo secunda opinio est precise eadem cum prima nam i latitudine caliditatis. u. g. accepto gradu ut sex dicimus esse intēsionis: i. pfectionis ut sex secundū primam opinionē. quia appropiquat gradui ut octo per sex. quia cum tota distātia que est inter non gradū et summū sit ut octo. ut nūc supponit. Sextus gradus occupauit sex partes. et ita negat sex partes distātiæ. qd est appropiquare. nā p sex. appropiquare opponit priuatiue ad distare: et priuatiuū interimit qd habitus ponit. placuit aūt secūdæ opinioni talem appropiquationē apellare distantiā: sed non a summo qa penes illud attendit remissio et impfectio. sed a nongradu. quia inter gradum ut sex et non gradum mediāt sex gradus. Hoc. n omnino ipossibile est: ut demōstratū est superius. Sed qa sex cōtinet sex gradus siue sexmēsuras illius latitudinis incipientis a nō gradu: eo mō quo supius declaratū est. gradus ergo ut sex appropiquat gradui ut octo per sex. quia negat distantiā latitudinis ut sex. et distat a nō gradu p sex. i. est latitudo ut sex siue qualitas ut sex. cuius numeratio a non gradu incipit. Quo sit ut secunda in sententia non differat a prima. nisi in primo mō loquendi. nisi primus modus sit magis appropriatus. Sed q nō sine rōne intēsio p pfectione accipiat. et remissio p iperfectione apparere pōt. et rōne et ex cōmuni usu. Nā dicimus caliditatē q̄cunq deficientē a sūma esse remissam absolute. qa non perfectā. Vnde Arist. et in fine primi de generatione et in secūdo eiusdē dicit qualitates elementorū ēē intensas et pfectas. Mixtorū uero remissas refractas et iperfectas. quasi intensum et perfectu accipiēs p synonimis. et remissū et iperfectū similiter. licet hoc magis appareat in remisso q̄ in intēso cōmuniter. n. cū dicimus aliq aurū aut argentū aut caliditatē aut huiusmodi esse remissa. statī in itellectu ꝯcipit in ordine ad sūmū nō est sūma. Ratio quoq adiuuat ad hoc: Nā uere illud dicit ēē magnū: qd nulli cōparatū est paruū: et nullomō suscipit denominationē sui oppositi. Sic. n. solus mūdus dicit magnus siplicīter. qa primo de cœlo nul

li est paruus. Solus deus est dñs q̄a nulli seruus. ut quottidie cantat ortodoxa ecclesia. sic solū illud dicit̄ intensū qđ nulli remissū. Hoc aūt solū pōt esse sūmū: qđ solū pfectū est. Quare pfectū et remissū absolute idē sunt. Ex qbus ulterius sequit̄ q̄ si pfectū impfecto opponit̄: et remissū intenso. si intensū et pfectū ꝯuertunt̄: remissū et imperfectū cōuertent̄. His accedit q̄ in ydiomate latinorū non latine dicit̄ intensio sed intentio latine debet dici: nam deriuat̄ ab intentus intenta intentum: et a genitiuo eius intēti. Unde addito .o. fit intentio. et non intensio. modo intentio est actus uoluntatis secundū finem ut dicitur tertio Ethicorum ut cum quis uult aliquē finem ut domū uel argentū: uel aliq̄ aliud illud dicit̄ esse eius intētio. Quare finis rei dicitur intētio uolētis. sed finis est ultimū secūdo physicorū. unde intētio in uolūtate īportat ultimū. Si aūt ut sexto thopicorū dicit̄ trāsferētes trāsferūt secūdū similitudinē: et ī motibus et ın q̄litatibus dicat̄ intētio ꝓprie intentio dicet̄ in ultimo: et in gradu sūmo. Quare non incōuenienter intētio dicta in qualitatibus sūmū dicet. et sic penes sūmū attendet̄. Verū phylosophi magis de rebus q̄ nominibus curā hn̄tes dixerūt intētionē in mēte et intēsionē in qualitatibus. ut facerēt differre unū ab alio. Verum tn̄ aliqui uolūt q̄ intentio in uolūtate sumat̄ ab intētione in qualitate. sed adhuc nostrū ꝓpositū magis cōfirmat̄. Utrū aūt sumendo distare et appropiquare ꝑ magis et minus distare respectu sūmi: quod erat secundū tertiū significatū possit attēdi pfectio et impfectio inferius declarabit̄. quia et si ēt penes illud posset fieri mēsuratio: nō tamen. essentialiter et per se. sed de hoc in capitulo mediāte subsequente.

¶ Caput secundum Sectionis quarte in quo ostenditur in unaquaq̄ materia uariabili secundum maius et minus siue secūdum magis et minus esse duas mensuras siue duo genera mēsurādi.

e X his quæ in capitulo precedente dicta sunt: et quæ in tertia Sectione declarata sūt. apparere pōt q̄ in unaquaq̄ natura taliter uariabili secundum maius et minus: siue secundum magis et minus sunt due mensuræ. imo uerius duo genera mensurandi. Dictum est. n. superius q̄ in latitudine caliditatis est una minima caliditas: uel secundū naturā: uel secundū sensum: uel secundū institutionē. Hac aūt mēsuramus q̄ta sit unaqueq̄ caliditas. an finita: uel īfinita: an duorum uel trium graduū: uel secundum alium numerū. neq̄ per hāc possumus scire quæ caliditas sit perfecta uel imperfecta: nisi sciuerimus quanta sit tota latitudo

caliditatis.s.numerus:qui requiritur ad cõplendum naturam cali/ditatis. Alia uero est mensura in ipsa caliditate que est illa quæ totã continet naturam.et est gradus summus.per hanc aũt non mensuramus per se quanta sit aliqua caliditas.sed mẽsuramus per hanc perfectionẽ et iperfectionẽ caliditatis.sic q̄ illa quæ huic adequabitur:dicetur esse perfecta:quæ uero ab hac deficiet:dicetur esse im/perfecta .et sic secundũ appropiquationẽ ad ipsam:et eius distantiam iudicabit de pfectione et iperfectione eius ad modũ in anteriori capitulo assignatũ. Differũt aũt hec duo genera mẽsurarũ penes multa:primo quia stat aliquẽ habere perfectam cognitionẽ unius: ignorando alteram.et econtra.sicut in multis est manifeste uidere nam aliquis põt habere cognitionẽ ulnæ . qua pãni mensuranť.et qua ligna mensuranť.ignorare tamen quantus debet esse unus pãnus integer.et aliquis miles expientia cognoscet q̄ lancea pfecta debet esse tanta:sicut est illa. Ignorare tamen quot ulnarum sit illa lancea.cognitio tamen unius mensuræ perficit cognitionẽ alteri/us mensuræ. Differunt etiam prima et secunda mensura:quia pri/ma est minima in illo genere. Differunt tertio quia prima põt certificare quanta sit illa maxima:ut an finita uel infinita : an decẽ an uiginti mẽsurarũ.secunda uero non certificat de prima:ni si de eius impfectione. Differunt et quarto.quia prima est mensura cognscẽdi quantũ est.secunda est regula cognoscendi an sit perfectũ an sit impfectũ. Quare prima põt apellari mẽsura numerãdi.secũda mẽsura certificandi de perfectione. De his duabus mensuris Aristoti/les mentionẽ fecit in decimo metaphysicæ nam textus comẽti tertii dicit unitatem esse certissimam mensuram:ex eo q̄ est simplici/ter indiuisibilis.in cõtinuis auetm oportet deuenire ad unũ. quod sit minimũ uel secundũ naturam:uel secundũ sensum:uel secundũ institutionẽ. quantũ possibile sit.quia mẽsura debet esse certa . De secunda aũt mensura Aristotiles dixit in textu comẽti secundi eiusdem decimi ubi dicit q̄ in unoquoq; genere est unũ:quod est me/trum et mẽsura aliorum omnium:quæ sunt illius generis.et illud est primũ. Sicut in genere colorum est albedo:sicut idem Aristoti/les ibidem exẽplificat.modo albedo non est mẽsura metiendi q̃ta sit nigredo ut unum:uel ut duo ut satis patet.sed est regula cognocendi pfectionẽ cuiuscunq; coloris per accessum uel recessum ab ipsa albedine:tamq̃ summa:et prima in genere colorum et eminẽter cõtinẽte omnes colores.unde comẽtator in fine illius comẽti septimi.dicit cum autem demonstratũ fuerit q̄ illud quod in fine

octaui physicorū demōstratū est esse primū motorem: esse primā formā et ultimū finem: et primū in toto ente. tunc illud erit primū in substantia quod mensurat omnes substantias. Immo uerius dixisset comētator ꝙ tale est primū. et mensura in tota latitudine entis. duodecimo. n. metaphysicæ ad finem demōstrat Aristotiles ꝙ deus in toto uniuerso est sicut dux in exercitu. Quare est primum ne dū in substantia: imo in toto ente. Sequit. n. hoc nam septimo metaphysicæ ostensum est ꝙ accidens non est ens: nisi quia entis. Quare si Deus est primū in substantia: et substantia est causa accidentis. Deus ḡ erit causa et pricipiū in toto ente. modo si Deus est metrū totius entis: non iam est metrum quo scimus aliquod: quātum sit: sed est mensura pfectionis. per eius. n appropiquationē et recessum cognoscit pfectio unius cuiusq̧. sed per primum genus mensuræ scitur per suppositionē et replicationē quātum sit. Deus etiam est maximus: cui nihil adæquari pōt. prima aūt mensura est minima. Quare Aristotiles fere in omnibus auctoritatibus citatis a principio mensurat rei perfectionē. Sic. n. mensurat perfectionē substantiæ: quæ est species per appropiquare primæ substantiæ. pfectionem ꝑpositionū: per appropiquare primis notissimis. pfectionem creaturarū: per appropiquare ipsi optimo. sed per primū genus mensuræ scitur quanta est perfectio uniuscuiusq̧ creature. per tot minimas mensuras pfectionis continere quod est dicere per tātum distare a non gradu pfectionis. i. per tot gradus latitudinis talis facientis distare siue differre a non gradu continere. Siue quia uolens mensurare inchoat a non gradu: sicut sepius dictū est. Hec aūt mensura pfectionis est illa: qua utunt Aurifices: uēditores: emptores: et cuiuscunq̧ rei opifices: quæ indicantia: siue indicatoria: siue exēplaria apellantur. et uulgari sermone Parangoni nuncupātur. Aurifices. n. habent apud se aurum: uel argentum: uel quis aliud. quod est pfectissimū: quantum haberi pōt. et per collationē ad illud cognoscunt ꝙ aurum est perfectū: utputa illud quod ei adequatur: quod aūt ei non adequat est imperfectū. Sciuntq̧ quante perfectionis sit per tm̄ appropiquare ipsi. i. tm̄ participare de eo. et per negationē distantiæ a non gradu secundū primā opinionē. secundū uero secundam opinionē per tm̄ distare a non gradu incipiendo. Scitur aūt eius imperfectio per distantiā a summo. Hec est et illa mēsura quā posuit Galenus in libro cōplectionū. et in secūdo artis paruæ. ꝙ corpus tēperatū est regula cognoscēdi pfectionem et impfectionem omniū corporum humanorū. Hec est mēsura: de

qua dicunt medici: ꝙ medium in tota substantia est regula cogno scendi calida: frigida: humida et sicca. etc. Hec est ēt illa: de qua dicunt pictores siue sculptores ꝙ statua Polycleti est regula oīum statuarum. Platonis quoqꝫ ydeæ sunt regula omnium ydeatorum. Nam homo qui magis appropiquat ydeæ hominis in mente diuina: est perfectior. Sed hanc regulam et mensuram ignorauerūt isti calculatores. si eam namqꝫ cognouissent: suam aliquantulum arrogantiam compressissent cum ausi sint contradicere tantis phylosophis. nihilqꝫ ueri dicentis in hac materia. sed ut in prouerbio dicit. ubi plus de ignorantia: ibi plus de temeritate. Nam et temeritas causat siue parit ignorantiam: et ignorantia presumptionem siue temeritatem. Scire autem oportet ꝙ diuerse naturæ diuersas habēt mēsuras. et ex parte minimi et ex parte maximi unde decimo metaphysicæ dicitur alia est mensura temporis: alia motus: alia liquidorum: alia non liquidorum. et fortassis ꝙ aliud est secundum denominationē minimū caliditatis. et aliqꝫ frigiditatis. et sic de maximo: si natura illa est terminata ad maximum. sicut manifestum de etherogeneis. et multi tenuerunt etiam de homogeneis. sed latitudo completa. i. cui nihil deficit. si in infinitū protenditur: dicit esse talis mensura. nam posito ꝙ Deus sit infinitus: ipse est mēsura perfectionis. si uelocitas crescit in infinitū. perfecta uelocitas: cui nihil deest de uelocitate: est tota latitudo uelocitatis. Quod si queratur que est regula cognoscendi maximam et minimam caliditatem. huic dicitur ꝙ principia ut principia sunt. non cognoscuntur per alia. sed sunt sumpta. unde ꝙ sit. a. uel. b. minima caliditas: ut dictum est: hoc est per sui naturā et per sui naturā cognoscitur etiam: uel ex sensu. uel ex institutione. In omni. n. genere est deuenire ad unum primum: quod non cognoscitur per alterum. aliter. n. esset processus in infinitum. ꝙ igitur sic sit minimū. et illud sit maximū. uel est ex se notum: uel ex aliquo alio declaratur. ut in ductione: uel experimento: uel ex cōmuni cōceptione. de quibus Aristotiles in fine secundi posteriorum declarat. sed quomodocunqꝫ sit: non est presentis negotii cum non deceat ponere capitulum in capitulo. sufficiat enim ꝙ sic uolenti mensurare accipiat illas mēsuras: tanꝗ per se notas. unam ex parte maximi: aliam uero ex parte minimi. Quomodo uero illa sit maxima: alia autem sit minima: uel accipitur tanꝗ per se notum. uel ex inductione. uel experimento. uel auctoritate. neqꝫ inconuenit ꝙ in una scientia suppositum tanꝗ principium demōstretur in alia scientia. Vnde Geometer ut dicit phy

losophus primo physicorum supponit continuū diuidi in infinitū. et tamen existimatur q̄ Aristotiles sexto physicorum demonstrauerit illud principium. quod quomodo habeat hoc dictum ueritatem cum mathematica sit magis abstracta naturali: non est nostri negotii hic. Ex his igitur apparet duas esse regulas mensurandi. et quomodo hec adinuicem differāt et conueniant.

¶ Caput Tertium Sectionis Quarte in quo ostenditur intensionē et remissionem in aliquibus de necessitate attendi penes appropinquationem et distantiam ad summū et hoc sumendo appropinquationem pro minus distare quod erat tertia significatio appropinquationis.

